Digitized by Google


S. D. N.

D. GREGORII

PAPAE XV.

PRIVILEGIVM,

Quo votum, ac iuramentum, quæ Clerici Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ de Vrbe in ea perpetuò manendi emittunt, Romano Pontifici reſeruat.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE,
Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.
M. DC. XXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

S. D. N. D. PAVLI
PAPAE V.

Confirmatio, & approbatio Priuilegiorum, & Conſtitutionum Congregationis Patrum Doctrinæ Chriſtianæ de Vrbe.



PAVLVS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

INIVNCTI nobis Apoſtolici muneris ratio poſtulat, vt ea, quæ pro Sacrarum Religionum in militanti Eccleſia ſuaues in Domino fructus aſſiduè præſtantium conſeruatione, ac proſpero gubernio, & regimine conceſſa ſunt, quò validius perpetuò ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis robore libenter

commit-

Digitized by Google

communiamus. Volentes igitur Congregationem Preſbyterorum Doctrinæ Chriſtianæ in Eccleſia Sanctæ Agathæ Tranſtiberim de Vrbe canonicè inſtitutam, ac ipſius Congregationis Præpoſitum Generalem, & Præsbyteros vniuerſos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi, & eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ac erectionem, & inſtitutionem dictæ Congregationis, quatenus ritè, & canonicè factæ ſint, auctoritate Apoſtolica confirmantes, & approbantes, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, regulas, conſtitutiones, libertates, prærogatiuas, facultates, diſpenſationes, conceſſiones, indulgentias, gratias, & indulta ſpiritualia, & temporalia eidem Congregationi, eiuſque Præpoſito Generali, ac Preſbyteris, eorùmque Domibus, & Monaſterijs per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Sedem Apoſtolicam ſub quacunque verborum forma, & expreſſione in genere, & in ſpecie, aut aliàs quomodolibet conceſſa, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, & declarationibus, ac ſingulas literas, tàm ſub Plumbo, quàm in forma Breuis, aut aliàs deſuper confectas, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, quatenus ſint in vſu, & non ſint reuocata, ſeù ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, ac ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis, aut conſtitutionibus Apoſtolicis non aduerſentur, ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine auctoritate prædicta tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos, tàm iuris, quàm facti defectus, ſiqui in eiſdem

dem

dem interuenerint, ſupplemus. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, alijſque locorum Ordinarijs quibuſcunque, necnon dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum, quandocunque à dictis Præpoſito Generali, & Preſbyteris, ſeù aliquibus eorum fuerint requiſiti, ſeù aliquis eorum fuerit requiſitus præſentes literas, & in eis contenta quæcunque ſolemniter publicantes, faciant auctoritate noſtra Præpoſitum Generalem, & Presbyteros prædictos, & eorum quemlibet præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacificè frui, & gaudere; non permittentes eos deſuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebitè moleſtari; Contradictores quoſcunque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque oportuna Iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis: Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque conttarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 20. Maij M. DC. VI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

M. Veſtrius Barbianus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX incumbenti Nobis deſuper paſtoralis officij debito, ad ea libenter intendimus, per quæ piorum Chriſtifidelium Congregationes ad diuini nominis laudem, & gloriam, animarumq; ſalutẽ piè, & rectè inſtitutæ ſub ſalubribus eorum regulis,& inſtitutis perſeuerent, & maioribus in dies proficiãt incrementis. Cum itaque, ſicut dilecti filij Præpoſitus, & Clerici Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ in Eccleſia Sanctæ Agathæ Tranſtyberim de Vrbe inſtitutæ Nobis nuper exponi fecerunt, Clerici eiuſdem Congregationis elapſo Nouitiatus anno, votum cum iuramento in eadem Congregatione perpetuò manendi libera, & ſpontanea voluntate emittant, nonnulli verò ſuper voto, ac iuramento præfatis inuita etiam Congregatione huiuſmodi diſpenſare, & illa commutare licitum putent,& de facto in eiuſdem Congregationis præiudicium diſpenſent, & commutent, Nos præmiſſis, quantum cũ Domino poſſumus, obuiare, dictoſq; Præpoſitum,& Clericos ſpecialibus fauoribus,& gratijs proſequi volentes,& eorũ ſingulares perſonas à quibuſuis excõmunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti, alijsq; Eccleſiaſticis ſentẽtijs, cenſuris,& pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes; ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; Quod de cętero cum Clericis eiuſdem Congregationis ſuper voto, & iuramento præfatis, niſi per Nos, aut Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, diſpenſari, aut votum, & iuramentum præfata commutari nullatenus poſſint, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium decernimus,& ordinamus, & facultatẽ ſuper voto,& iuramento præfatis diſpenſandi, ſeù eadem vota com-

mutandi

Digitized by Google

mutandi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſeruamus. Inſuper omnia, & ſingula dictæ Congregationis priuilegia, quatenus ſint in vſu, & non ſint reuocata, neq; ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, neq; Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis aduerſentur, auctoritate, & tenore pręfatis approbamus, & confirmamus, illiſq; inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tàm iuris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus. Decernẽtes quaſcunq; voti, ſeù iuramenti præfatorum diſpenſationes, ſeù voti, & iuramenti eorumdem commutationes contra pręſentium tenorem quandocunque faciendas, nullas, irritas, & inanes, nulliuſq; roboris, vel momenti, Pręſentes verò literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, inuiolabiliter obſeruari debere, irritumq; & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrariis quibuſcumq; Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Anulo Piſcatoris die XII. Nouembris 1621. Pontificatus noſtri Anno primo.

S.Car.S.Suſannæ.

Digitized by Google

Digitized by Google

mutandi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſeruamus. Inſuper omnia, & ſingula dictæ Congregationis priuilegia, quatenus ſint in vſu, & non ſint reuocata, neq; ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, neq; Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis aduerſentur, auctoritate, & tenore prçfatis approbamus, & confirmamus, illiſq; inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tàm iuris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus. Decernẽtes quaſcunq; voti, ſeù iuramenti præfatorum diſpenſationes, ſeù voti, & iuramenti eorumdem commutationes contra prçſentium tenorem quandocunque faciendas, nullas, irritas, & inanes, nulliuſq; roboris, vel momenti, Prçſentes verò literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, inuiolabiliter obſeruari debere, irritumq; & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrariis quibuſcumq; Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Anulo Piſcatoris die xii. Nouembris 1621. Pontificatus noſtri Anno primo.

S.Car.S.Suſannæ.

Digitized by Google

Digitized by Google